templum dī sicut silo. ubi fuit tabernaculum, cumque tem
plum destructum fuerit. consequenter & ciuitas erit in ma
ledictionem cunctis gentibus terrae ; Sicut autem
exstructo templo in area ornae. & in monte moria
hoc est uisionis. in quo abraham isaac filium obtulisse
narratur, cessauit religio silo. nec postea ibi sunt
celebrata sacrificia, sic exstructa ecclesia & spiritalibus
in ea uictimis immolatis. cessauerunt legis cerimoniae.
& data est urbs iudaeorum in maledictionem. cunctis gen
tibus terrae. de qua nos dn̄s liberauit, dicente apostolo
xp̄s redemit nos de maledictione legis. factus pro nobis
maledictio ; & audierunt sacerdotes. & prophetae. siue
pseudo prophetae. & omnis populus. hieremiam loquentē
cxii. uerba haec in domo dn̄i, cumque conpleuisset hieremi
as loquens omnia quae praeceperat ei dn̄s. ut loquere
tur ad uniuersum populum, apprehenderunt eum sacer
dotes & prophetae. siue pseudo prophetae & omnis popu
lus dicens, morte morietur, quia prophetauit in nomine
dn̄i. dicens, sicut silo erit domus haec. & urbs ista desolabitur
eo quod non sit habitator ; Sacerdotes & prophetae quos
pseudo prophetas. lxx manifestius transtulerunt, fras
cuntur hieremiae quod uera praedicat. & subuerso
templo & ciuitate. deserta sit peritura relegio & lucra
& religione uenientia, idcirco apprehendunt eum &

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weiterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0264